

ADINATON EXEGETICUM.

Epilogus en. curs.

- 1 *Fugiemus & terga vertemus.* Decet in regimine indulgentia criminis, modò in crimina ipsa indulgentia non fomes. Unde oportet aliquando fugere, ceterum terga non vertere; quoniam si Superior vertit terga, ad cuncta crimina insolescet audacia.
- 2 *Fugiemus & terga vertemus,* ne perfectentes hostes inspiciamus. Si periculum in regno Martis, quantum in insidijs Veneris? Tergaque etiam in fuga vertuntur, ut ab hostibus etiam declinent conspectum; quippe fatis levis oculorum iactus in cordis vultus.
- 3 *Fugiemus & terga vertemus.* Non sat fuga, ni vertantur in fugam Veneris terga: & utrumque in fuga iungitur, ut cautio etiam in recessu conspiciatur: igitur relabitur plerique, dum videntur egredi.

- 4 *Fugiemus & terga vertemus.* Quod simul in peccatore, disunctum in penitente; quippequam Deus, si ex corde peccator plorat; post tergum projicit cuncta peccata, ne videat.
- 5 *Fugiemus & terga vertemus.* Fugit Virgo peccatoris crimen, sed non peccatorem: fugit, sed terga non vertit, dum additum sibi devotione videt: igitur ut reddat offerenti coronam, reducit illum in gratiam.
- 6 *Fugiemus & terga vertemus.* Fuga cum averfione vultus dilecti signat absentiam, amantis cordis erumnam: Christusque in utero matris illum non fugit, sed terga dilecti vertit; ut esset superpes singularis in lætitia genitricis: quandoquidem sine fuga in gaudio abscondebatur vultum, ut cresceret desiderium.

DIDASCALIA PRIMA.

Inimicis à Præfide condonandum, sed non cedendum.

Clementia dicitur temperantia animi in potestate ulciscendi: unde Ovidius ad *Liviam*, v.

45. accinit: *Quid tenuisse animum contra sua sæcula rectum?*

Altius & vitis exeruisse caput? Nec nocuisse ulli & fortunã habuisse nocendi? Malignitas est, velle ulcisci, sed non posse: clementia verò, posse iniurias ulcisci, sed non velle. Sine potentia iudicaretur abs potestate potestas, & cresceret haccine cogitatione malignitas, quæ adinstar crocodili fugientem sequitur, pravaque in tolerantem machinatur: nec tantumque & posse & fugere in splendorem clementiæ; ut clarescat pietate corda: igitur vera clementia, qua ex animo indulgetur iniuria, & compescitur audacia. *Fugiemus & terga vertemus*, dixit militibus Iosue. Quis non? Necessarium in fuga vertere terga. Terga vertit aliquando, sed non fugit, qui impotens vindictam quarit. Fugit, sed terga non vertit, qui afficitur dedecore, & renuit ulcisci. Si terga verteret, dum inimicos fugeret; impotentiam vindictæ improbitas iudicaret, atque in maiora insolerescet: & fugiens vindictam, nullo modo avertit faciem; ut audacia propulsetur per timorem: igitur cadet præ formidine pervericax petulantia, quam minimè

potuit vincere totis viribus patientia. Versuaculè: *No proseguiran la injuria, si haze cara.*

2 Hic interdum status lubricus Superiorum, qui non tantum fugiunt, sed terga vertunt: soventes subditorum relaxationem, imò in crimina concedentes libertatem: etenim cognita incontinentiã formidinis, supra dorsum conniventis sua fabricant molimina peccatores. Unde cum vera clementia sit, qua indulgetur culpa, ac in maiorem non fovetur audacia; quisquis manus habet patris, ostendat simul potestatem iudicis, ut timore perterriti, improbi quiescant ab iniquitate: igitur qui fugit, & terga vertit, ne videat crimen; potest convertere faciem. Expressit Octavius Strada in *Symbolo*, Tom. 2. Hierogl. 33. quo manus valida quasi iaculatura, curvo arcu ac sagitta in crena, cum epigraphæ, *Sic ad astra*. Iniuriæ illata. Num existunt sine ultione? Nullo modo. Sine ultione dirior ultio. Rideret audax, si impotentiam videret in ultione: sagittaque prompta incutit cordi formidinem; ut timore vulneris imminenti, refiliat à pravitate cogitaminis: etenim facile in crena tenenti telum, solvere nervum in ictum. *Dij, Deaque, quam malè est extra legem viventibus!* *Quicquid meruerunt, semper expectant:* ait Petronius in *Satyr.* Si percuterentur, non per-

Disimulatio criminis subditorum fovet malitiam.

Strad.

Timor compescit.

Petron.

Quæ vera Clementia?

Iosue 8. 5.

Timor magis ex iniuria illata, sed non vitia.

Quanta præfidentia in

inimicis

Apoc. 6. 2.

Hefius.

Ait Guilielmus Hefius de Charit. Emblem.

3. Obijcitur typus Superioris insignis, sabditis pravis, horum decertante malitia, & illius innatã benevolentia. Arcus debebat preparari & pharetra sagittarum, quæ caderent in corda inimicorum: verum cum magis præstet iniuriarum condonatio, ubi donorum largitio; sine sagittis pertulit arcum in debellationem cordium: quandoquidem si subditi rationales, plus moventur obsequijs, quam sagittis. In illum intenderunt arcum amarã malitiã, ac prepararunt sagittas suas in pharetra. Ille autem tantum arcum, sed nullum telum. Arcus potestatis index, sagitta autem usus potestatis: & obijcitur sine iaculo arcus, quem videt oculus; ut in frugem convertantur corda Superiorum sagittantia; & equidem in potestatis usu videntur gratias, quas formidabant sagittas. Iccireò dicitur: *Exivit vincens ut vinceret.* Offensus, iniurijque affectus potestatem obijt: sed nullam sagittam sumpsit. Patet meditata victoria, sine ultione iniuriã condonata: vincensque exivit, ut vinceret, dum inimicis pepercit; quippe inimicos non vin-

Græci ultio, iniuriarum condonatio.

Sul in his vi

Magnum posse, nec vitia.

Magnum posse, nec vitia.

Magnum posse, nec vitia.

Magnum posse, nec vitia.

percuterentur dirè. Dirè percutiuntur, dum lancinantur timore. Cogitatione ultionis lesse premunt; nescientes, quando sagitta impelluntur: mansique sine ictu in ictum exponitur, dum sine elione iniuriæ parcens ulciscitur; quippequam in promptu acuminè reli, profundius vulnerantur à timore, quam à vulnere. Aliquid in simbolo pro discrimine illationis iniuriarum. Sunt iniuriæ propriè moderantis, & sunt etiam facta integritati legis: præ ferturque sagitta arcu in ictum collocata, sed non excussa; ut sic tendat Superior elevatus ad astra: equidem regimen eximium, decus Superiori magnum, manum extendere in cupidem, ut vindicet Dei honorem; ac pro sui deturpata estimatione, vel cum sagitta remittere. Inimicis utique condonandum, sed non cedendum. Cederet, si sagittam non haberet: minimè condonaret, modò exploderet; ictusque arcus cum sagitta suspenditur; ut prælati mansuetudine audacia subditorum suspendatur: siquidem frenum audaciæ, cum viderint Superiorem posse ulcisci, vel sic nolle.

3 Dicitur textus. Vidit Ioannes, & ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exivit vincens ut vinceret. Si arcus, ubi sagitta? Abque telis, quorsum atcus? In contentione non descendit. Sicine inermis, & armatus vadit?

Frastra tenditur arcus, Si non-ulla super tibi sagitta.

Ait Guilielmus Hefius de Charit. Emblem. 3. Obijcitur typus Superioris insignis, sabditis pravis, horum decertante malitia, & illius innatã benevolentia. Arcus debebat preparari & pharetra sagittarum, quæ caderent in corda inimicorum: verum cum magis præstet iniuriarum condonatio, ubi donorum largitio; sine sagittis pertulit arcum in debellationem cordium: quandoquidem si subditi rationales, plus moventur obsequijs, quam sagittis. In illum intenderunt arcum amarã malitiã, ac prepararunt sagittas suas in pharetra. Ille autem tantum arcum, sed nullum telum. Arcus potestatis index, sagitta autem usus potestatis: & obijcitur sine iaculo arcus, quem videt oculus; ut in frugem convertantur corda Superiorum sagittantia; & equidem in potestatis usu videntur gratias, quas formidabant sagittas. Iccireò dicitur: *Exivit vincens ut vinceret.* Offensus, iniurijque affectus potestatem obijt: sed nullam sagittam sumpsit. Patet meditata victoria, sine ultione iniuriã condonata: vincensque exivit, ut vinceret, dum inimicis pepercit; quippe inimicos non vin-

ceret, ni sese prius indulgendo superaverit. *Habebat arcum, & data est ei corona.* Ante triumphum? Nullo modo, Sui prius, quam aliorum impugnationis; habuitque in triumphu signum coronam; quippequam pro telo in arcu suppositus gratiam.

4 Sagittas habuisse, indicasseque efficacissimam amoris vim, autumat hic in *Commentar.* Alcazar. Huiusmodi profectò apparatus aptatur in inimicos. Percutiendi laneceterum ubi sagittæ? In beneficentia, qua perfodiunt adversantium corda: gratiaque designantur ut sagittæ benigno corde; quoniam hostes potius quam acie telorum, cadunt sagittis gratiarum. Inimici subigendi vel virtute vel amore. Maior virtus amoris, quam virtutis; quippe sapius gratijs vulnerantur, qui petulantia resiliunt. Læta qualitatem opprobrii congruit intensio vindictæ: in arcuque pro sagittis gratias posuit; ut acris hostium corda vulneraret: igitur gratia iniuriam generosè condonantis, sicut sagittæ acuta in manu potentis. Perpende sententiam Augustini, circa iudicium mulieris in adulterio deprehensæ. *Animadvertentur Pharisæi* (inquit tract. 33. in Ioan.) *Christum nimium esse mitem, nimium esse mansuetum. De illo quippe fuerat antè prædictum: Accingere gladio tuo circa femur tuum potensissime.* Singularis profectò mansuetudo: at quid cum gladio? Gladio accingitur latus in ultione: quo modò ergo propter mansuetudinem? An quia patientibus sæpe imponitur manus onus? Dicit vel Tacitus in *Agricol.* cap. 15. *Nihil profici patientia, nisi ut graviora tanquam ex factili tolerantibus imperentur.* Minimè auderet malignitas in opprobrium, si prælagiret in patiente gladium. Geminatur iniuria, quia tolerantia. Gladius in offensionem inimicorum haberetur. Mansuetudo, dum etiam hostibus urgentibus, non distinguitur: gladiusque signatur pro mansuetudine, ubi insurgunt offendentes adversarij; quippe nullum acrius vulnus inimicis, quam vulnera inimicorum mansuetudo tolerantis.

Augustina.

Psal. 44. 4.

Et patientia

Tacit.

Magnum posse, nec vitia.

Magnum posse, nec vitia.

Magnum posse, nec vitia.

Magnum posse, nec vitia.

Magnum posse, nec vitia.

Magnum posse, nec vitia.

Magnum posse, nec vitia.

Magnum posse, nec vitia.

Magnum posse, nec vitia.

Magnum posse, nec vitia.

Magnum posse, nec vitia.

Magnum posse, nec vitia.

Alcaz.

In inimicos beneficium dulce telum.

Augustina.

Psal. 44. 4.

Tacit.

Et patientia

Magnum posse, nec vitia.

addit potestatem in ultionem iniuriarum: & in manu collocatur gladius, ut coustet etiam inimicis virtus: equidem qui renouit clementer ictum, potest, si velit, etiam educere gladium. Hinc quavis ad manum pharetra, nulla in arcu superponitur sagitta, ut fugiant a facie arcus, dum illo appareret manus: equidem qui in nervo pro telo disposuit gratiam, potest facilius adaptare sagittam. Pende. *Sagitta tue acuta: infir.* Iam non tantum tela, sed acuta. An quia magis dolere debent, qui pietate abusi? An quia grauiora tela pietatis in vulnera cordis? Alius patet vulnus, dum non ictum ictum tamen timet pectus. Improbis quicquid meruerunt, semper expectant, ultionemque usquequaque forisidant. Non vehemens dolor ex dolore vulneris, sed ex tormento timoris: acutiusque dicuntur sagittae, quae non extortae, impellente formidine; quippequam non semel conscientia patitur, quod usquequaque timetur. Nulla prorsus sit percussio; verum semper urget percussio: expectatio: unde cum haec apponat super dolorem dolorem, sagittis non emissis praestat gravem acuitatem: quandoquidem ardet pectus, quoniam infertur sine vulnere vulnus.

6 Iam ergo claret, quare Ioannes nullius meminit sagittae, & a Davide dicuntur acutae. Non entis non sunt passiones. Quomodo igitur acutae pectus percuteatur improborum, quando in arcu nullum telum? Habetur sagitta in arcu, quando disponitur ultio. Non habetur, verum percuteatur, dum percussioem remittit: diciturque vere acutum iu vindictam nullum iaculum; quoniam quando nulle in arcu potestatis sagittae ultionis, sunt in pectore timentis. In articulo adulterae videtur huiusmodi iudicium, atque sine telo acutissimum telum. *Adducunt Scribae & Pharisei mulierem in adulterio comprehensam: nimirum ad Dominum tanquam iudicem, ut proferret sententiam iuxta legem. Mulier timuit, convicta ploravit, quippe iudicem integerrimum cognovit. Vide Novarinum hic. Mulierem damnavit? Utique. Mulierem absoluit? Sanè. Qua ergo lege damnata & absoluta? An quia decreta iustitiae revocavit lachryma? Profecto Christus non invenit, quod damnaret, ubi plorantem invenit: igitur dimisit ab oculis lachryma ipsam ream obiecturam sine crimine. *Possim* (ait Alap, hic) *te merito damnare, sed nolo.* Patet mulieris conversio, ob crimen afflictio, & sui a se tantum damnatio. Quomodo ipsam Christus damnare quibat, quae*

Verf. 6.

Ulciscitur si ne ultione.

Et gravius ulciscitur.

Ioan. 8. 3.

Lachryma delet crimina.

Alapid.

se damnaverat? Illa sententiam timuit. Offensum cum potestate & iuxta legem cognovit. Eventus dubius: auctum palpitabat pectus: illamque sine vulnere percuteudo convertit; quippequam potens percuteudo iuxta legem, non percussit. Habuit arcum, sed sine sagitta, tuncque vehementius foemina viscera vulnerata: equidem cum ex gratia augeatur dolor, quem misit timor; Iudex poenas maiores exegit, quippe damnare potuit, sed remisit. *Nemo te condemnavit?* Illa dixit: *Nemo Domine, Iesus verò: Nec ego te condemnabo.* Est damnatio, quae exponitur absolutio, sagittaque acuta, ubi nulla in vulnere tela: equidem intronissae formidine, Iudex ultus offensam, sed sine ultione.

7 Proceffit Dominus cum discipulis obviam pessima cohorti, nentis fustibus & armis illum ignominiose comprehendere. *Videntes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt: Domine, si percussimus in gladio? Quid iu futurum?* Si futurum, unde notum? Ausi sunt Christum comprehendere, & audebunt crucifigere. Offensam sequitur vindicta. Discunt ex propria conscientia, quam timor percellit, ne offensus iniuriam vindicet. Si vita remaneret, offensus ulcisci posset: timentesque ultionem, comprehendentes Salvatorem tollent in crucem; quippe conventus & concilium malignantium minimè cessavit usque in offensus exterminium. *Percussit unus ex illis servum principis sacerdotum.*

Respondens autem Iesus, ait: Sinite usquehuc. Apud Ioannem: *Mitte gladium tuum in vaginam.* Grave occurrit argumentum. Contraria dixisse videtur, dum proceffit in hortum. *Nunc (ait) qui non habet, vendat tunicam suam & emat gladium.* Quorsum gladius, si non usus? Si educere vel oportere prohibet, portare quo intuitu praecipit? Ut dicitur cum potestate praelatus, quomodo, quando, & etiam qualis gladius educendus. Modus & tempus pro correptione observari debent à Praelato, quoniam correctio erit vulnus sine modo: pro temporeque tenendus dexterè modus, ne medicina convertatur in vulnus. Videtis *Tautol. 12. Didasc. 3. à num. 2.*

8 Observa articulum. Voce Dominus turbam perfidam prostravit: & Petrus percuteat? Non est tempus: erit sanè in casum ictus; equidem qua patientia sustinebunt vulnera, qui pervicaces nequeunt tolerare verba? Dum urget improbitas, removenda potestas; ne auctoritas dignitatis protrahatur, ubi subditus furiosus à Superiore corri-

Criminis in dalgencia, sagitta acuta.

Verf. 11.

Luc. 22. 49.

Oidium im placabile.

Verf. 50.

Verf. 36.

In correptione non cum oportunitate vulnus necessarius.

Dum urget improbitas, removenda potestas.

corripitur. Patet correptionis immatura discretio: igitur erectus, qui prostratus insurgit in erigentem, proterit, supprimit, alligat, colaphizat, trahitque fone, & inde pertrahit. Quorsum gladius? Ex scelere in detestabile scelus. Irritantur improbi monitionibus: quid vulneribus? Christusque Petro prohibet in vulnus gladium, militem videns furiosum; quippe improbus criminis non dimittit furorem, etsi viderit Petrum digladiantem. Nostrates vigilantem: *No cessarà del intento, aunque resisti San Pedro con espada en mano.* Non est tempus, quippe in crimen duntaxat totus conatus: igitur ex resistentia bile percita vel rupta, recrudescant proccariter in maiora. Icturò respondit: *Sinite, & usquehuc.* Vobis videtur summum: irruenti parum. Sinite eos comprehendere me. Si non finitis, comprehendemini & vos: siquidem subditus furiosus, audax, temerarius & proccax non solum conteret erigentem Præsidentem, sed totam civitatem; quoniam res non geritur ratione, aut tenore legum, sed solum more castorum. Quodnam enim specimen regiminis, ubi agitur & inique tantum fustibus & armis? Sinite modò. Minimè percuteudi sunt gladio. Exulcerantur vulnera vel levi manu contacta, & coëcticio effrenum audacium cogitationum in profundum erumpit praecipitium. Voce namque Dominus in terram impulit, sed nequaquam consternavit. Iacebant corpore, magis mente: tuncque Petrus removetur à percussione; ut observet occasionem in vulnere medicamen: igitur ubi cordis in scelus oblatio, res minimè agenda ferro. *Sinite*, non obstate, Tantum poterit deservire ira, ubi nulla resistentia; ut in se tela convertat, qui sic delirat. In ipsa interrogatione patet emphasis. *Si percussimus in gladio?* Quo, nisi gladio percussio? Furore, qui in se convertit arma, ubi repugnantia nulla. Sinite sine gladio percuteat, quippe furiosus: etenim dum hinc inde in vulnus iracundi vagantur, modò non habeant quem percuteant, percuteantur. Percussit audacem Petrus, verum ille nec commotus. Ingerenda erat animi percussio sine gladio: dicitur Christus discipulis, offensam *sinite*; ut alius pateret vulnus sine percussione: igitur in offensus vindictam maior plaga, si condonatur offensa. Percussit ergo ministrum Petrus, & cassus in articulo gladius. Non opportunus articulus. Unde cum inimici iacerent, & discipuli percute cogitarent, & percuteat gladio; vel qui offensus respondit: *Nulla modo.* Iacentes gladio percussus non possunt erigi: & ut pruden-

Quare?

Ubi furiosus erudit, nihil agendum est ferro.

Maior plaga, si condonatur offensa.

Quid intendat percussio Superioris?

ter correptio dirigatur, ferrum iure potestatis prohibetur; quoniam si necessaria aliquando percussio, debet esse in erectionem, ac vulnere sanitate. Vide alia *Taut. 12. Didasc. 1. à num. 11.*

9 Informat igitur Dominus in prudentiam zelo percitum Prælatum, instruens hoc articulo Petrum, qui futurus pastor universalis Domini gregis, quo hactenus futuri inter oves. Gladium illum Christus portare iubet, & educere prohibet. Non opponitur praeccepto portandi gladium; sed inhihet ictum, increpans iracundiam. *Mitte gladium tuum in vaginam.* Perperam te geres, modò facile gladium educeris; quippe extra rationem gladij eductio, dum fat in terram prostratio. *Mitte gladium tuum in vaginam, ut studeas in prudentiam: equidem vacuum Superioris indicat cerebrum, pro qualibet re illicò educere gladium. Considerandum attentè, an crimen dignum tali punitione. Quid exhibendum in magnis, si vel in parvis deudatur entis? Prarumpet sanè in extremum, qui ob crimen leve extremum videt supplicium; ut respondeat ex amissi culpa, excedente amissim poena. Unde Gloriosus N. legislator Benedictus amandans crudelitatem, & sanguinolentum Superiorem, cap. 24. *Regul. Sancti.* inquit: *Secundum modum culpa, disciplina debet extendi mensura: qui culparum modus in abbati pendet iudicio: equidem si modus iuxta mensuram, & mensura supplicij iuxta noxam; quando supplicium sine modo, Abbas privatur iudicio; quippequam dum offenditur legum zelator, non patet zelus, sed furor. *Agro vehementer nocet* (ait Celsus lib. 2. cap. 16.) *quoties in eo quod sumitur, vel tempore, vel modo, vel genere peccatur.* Qui in medicamen egri animi supplicio intendit, cuncta meditantur cogitet, ut consulat efficaciter saluti in modo, genere, ac opportunitate: etenim cum cruciamen detur in criminis expulsiōem, non in dolentis cruciamen; dum in levibus educitur gladius, sine tempore & modo correptionis peccat genus: & simul patet sine iudicio qui plectit, atque sine medicina qui languet: quandoquidem educatione fatuà nudati entis, dolor inhæret vulneris, verum non iniquitatis.**

10 Innuit Dominus: *Mitte gladium tuum in vaginam.* Non dicit *Gladium*, sed *Gladium tuum.* Gladius proprius est gladius in vindictam iniuriarum privatarum: gladius qui non proprius, potestas iuxta tenorem legum: & non prohibet in ictum absolute gladium, sed gladium proprium; ut con-

Ioan. 7. 11

Pro qualibet re educere gladium, ea cum cerebri.

S. Benedict.

Cels. Quae necessaria in vitis correptione?

consideret, quomodo in potestate constitutus educat gladium: quandoquidem titulo potestatis execrabile nefas, educere gladium in iniurias privatas.

Qui fruatur poena, ferus est, legumque videtur.

Claudian.

Vindictam praestare sibi.

Est utique summa cordis malitia, ira Superioris potestate larvata: gladiusque proprius reconducendus, si potestatis denudatur gladius; quoniam dum inferitur a Superiore iudicium, duntaxat evaginandus pro iure in vindictam legum. Qui proprium educit gladium, fruatur poena: qui legis, utitur medicina: & recludendus in munere gladius proprius, ubi ager plectitur animus; quoniam Superiori dedecus, eximere gladium in dolorem, nisi propter medicamen. Mitte gladium tuum in vaginam, si in dignitate sollicitas gloriam. Propadium est privati: quid in dignitate constituti? Iniuria devoranda, non ulciscenda; quippe dignitas decorat modo assumatur ut noceat: simulque indicat cordis utilitatem, observare in vindictam occasionem; quoniam ultionem non renuit, nisi quia ulcisci non potuit: quare et si iniuria multa privatam insipient, & memoriam in ultionem gravent; pro splendore muneris, tradenda terrae oblivioni: igitur dignitate cum potestate assumpta, gladij proprij nec memoria.

11 Ulerius. Princeps olim ac Principis potestas designata per gladium. Unde Martialis lib. 14. Epigr. 32.

Martial.

Militia decus hoc, & grati nomen honoris. De quo argumento late Iul. Caesar Bulenger. de Imperator. Rom. lib. 2. cap. 26. Iam Petrus gladio Princeps constitutus; sed cum educit, a Salvatore obiurgatus. Duxit ita, quem movere debebat maiestas laesa. Ira obcecatur, & obcecatur impellit: zelus percutientem ducit: atque fert Christus militis vulnus, quod vel in digno vulneris fecit Petrus; quippe perfecti cecitatis impulsu, quod debet duntaxat iustitiae zelo: igitur deturpat insignem potestatem, & Praesidem; quia habet gladium, educere violentem in temeritate. Dialecto nostra: Saque ciego la espada para un arroyo. Iubet Christus portare gladium, & modo interdicit usum; quippe quam usus inutilis modo: iccirco non dicit Petro, quod gladium relinquat, sed quod recondat. Convertite gladium tuum in locum suum. Non quia foveat similitudinem in pectore, quousque tuto possit uti potestate; ut inferat vulnus, cum fuerit locus: sed ut observet opportunitatem in audacis correctionem: quandoquidem minime ducendum

Violentia in Praeside furor.

Matth. 26. 52.

gladio, ubi omnino desperatur correctio. Si gladium prorsum relinqueret, in occasione correctionis non haberet. Si reconderet ad latus, percussiois observaret tempus. Primum iudicaretur imbecillitas: sine tempore auctoritatis temeritas: usumque tunc Christus prohibet, dum gladium Petro concedit; ut studeat in correctionem criminis ac indecorem tradita auctoritatis: equidem in Praeside prudenti, ducto zelo Dei, eximium praevidere occasionem, qua educat gladium. Dam zelus urget, vel percussio corrigit. Dum immittitur gladius, pungit solummodo vulnus: & in prudenti regimine pro dycolli correctione, non educit gladius, sed habendus. Educere gladium ducta potestatis, patet potestas furoris: unde cum signet prudentem, uti gladio opportune iuxta rationem; permittit Petro, quod habeat, & inhibet, quod educat: igitur violentum regimen, gladium educere tantum propter percussorem.

Corruptionis occasio vera correctio.

Gen. 3. 24. Henaiady in Scriptur.

12 Accedamus propius instituto. Quilibet namque Christi intuitus, dum sine usu discipulis permittitur gladius: Ut habeant, & nequaquam ut educant. Utique Dominus iussit (ait Augustin. contr. Euxulum, lib. 22. cap. 70.) ut ferrum discipuli ferrent, sed non iusserat, ut ferrent. Idem patet & urget argumentum. Quorsum onus gladij, si non conceditur uti? In excellentiam indulgentiae iniuriarum, ac timorem vehementiorem inferentium. Si gladium non haberent in vindictam, inimici non formidarent poenam: imo audacius esset pectus, ni super femur rutilaret gladius: iubetque Dominus discipulos gladium ferre, verum ferro non ferre, in commendationem potestatis & praetium condonationis: quandoquidem offensorum insigne, educere posse gladium, sed non educere. Si in latere, provocat gladius in ultionem; maxime dum habetur iniuriarum regimen; & minime nisi gladio, potest pessima refecari consuetudo, urgente lege in assumptionem gladij. Nihil mirum, quod gladium non educat, qui non portat. Magnum, qui habet, & iniurijs affectus non educit: a Christoque ceditur gladius discipulis, sed non usus; quippe tunc tangitur clementiae scopus, ubi sine vindicta fertur intolerabile probrum, quasi in ultionem nec haberent gladium Vincuntur saepe ratione, qui oppugnant vulnere: percutitque Praesidis patientia, quod illata nequeunt superare supplicia: unde timent, quod indulgentia non cavent; igitur incutit metum, posse evaginari gladium. Sine gladio occasio negaretur vindictae: cum gladio videretur inesse: habet.

Augustin.

Magni viri tunc continetia in potestate vindictae.

Terror coerec audacia.

Iurisdicchio optima, ubi opportunitas non ubi potestas.

bereque gladium Christus indulget, verum percute prohibet; ut virtus splendeat discipulorum: siquidem undique magnum, procedere propter illum in ultionem indulgentiam, habentes subito ad manum occasionem in vindictam.

13 Eiecit Dominus de paradiso Adamum, atque in aditu collocat Cherub, ut custodiat paradysum. Biscitque, & collocavit ante paradysum voluptatis Cherubim, & flammam gladium: id est, cum flammeo gladio, per Henaiadyn. Gladius praesidi conceditur, ut creditur munus cum decore custodiatur: igitur indecorum munus potestatis, sine potestate muneris. Gladium Cherub habet: ac non legitur, quod eduxerit. Non usus, & accingitur latus? Hic est ad regimen usus. Cherub designat rationem, gladius vero auctoritatem: & dum moderatur sapiens, gladium habet ut habeat, non ut educat; quippe insipientis vacuus in regimine ratione, cuncta ducit ferro & igni. In huiusmodi symbolo inquit Dominus, quomodo sese geret Praelatus erga inimicos. Gladium habet, non educat. Gladium habet, ut audaciam compestat: igitur nemo ausus in paradysum vetitum pedem movere; quippe Praesf poterat gladium educere. Non educat, ut patientiam ostendat, & simul potestatis gloriam, renuens vindictam: igitur si aliquis legem praetergredi intenderit; vel gladium formidabit, vel resistet: quandoquidem commovet animum, vel in crimina proiectum, gladium evaginatum in ultionem videre, & ultionis occasionem praertere. Cherub gladius gloriose traditur, verum Seraph praetermittitur. An quia non ita gravis gladius amoris? An quia iratus, magis crudelis? Arduum inter homines regiminis cacumen: & minime congruit torus amor in regimen. Seraph signat amorem vehementem; & amor vehemens in homine affectionem, vel cecitatem: unde a Seraph gladius separatur, ac Cherub iure conceditur; quoniam idem potestas in lubito amoris caeci, ac gladius in manu debacchantis furiosi. Ferre amor arma potest, sed uti nescit; quippe admittit pueri, dum arma tractat, sese vulnerat. Usam non habet in regimen, ut possit armis deturbare gigantem. Cherub ratio est, quae opportune discutit creperum ius. Prudens ratio, intrepida affectio: gladiusque ab affectu rejicitur, dum rationi conceditur; quippe cum affectio usquequaque educat gladium, & educere gladium, non sit semper opportunum; cum gladio Cherub collocatur in regimen, quia scit opportunitatem. Vernacule: Un

Cherubin, porque sabe sacar la espada, quando fuere ocasion. Tunc claret, non ubi potestas, sed ubi opportunitas. Illa queritur apud Hesium, quo sup. Emblem. 10.

Quid pondus inutile porto?

Equidem tantus gladius sine effectu. Hic habet opatum effectum, quin educat saepe gladium: igitur in medicamen scelerum vel percussio, modo sine affectione vulneret ratio. Ferre amor arma potest, stringere nescit amor. Ratio vel quiete fulminat, & iacula vibrat: igitur ducta a prudentia.

Sola gerit miles, quibus arma coereat arma.

Hes.

Est correctio si punit ratio.

Idem.

Voluptas dolosa.

Ovid.

DIDASCALIA II.

In fugam Veneris necessaria fuga.

1 Voluptas saepe dolosa, equidem sapientis vel vicit victa: magis namque dolus multumine nocet, si deauratus non appareat. Rides, quippe aridit, facies, dum vulnus in medio cordis: patetque mentis furor, cum ridere facit dolor. Dolet Seneca de Vit. beat. cap. 12. Ita esse concedo (inquit) sed nihil omnino illi ipsi stulti & inaequales, & sub icu penitenti apositi magnas percipiunt voluptates, ut fatendum sit, tam longe tunc illos ab omni molestia abesse, quam a bona mente: & quod plerisque contingit, bilarem insaniam insanire, & per risum furere. Argumentum sequitur in Octavo. Act. 2. v. 420. Totum per orbem maximu exortum malum, Luxuria, pestis blanda, qua vires dedit, Roburque longu tempus, atque error gracvis. Ut perdat, rapit.

Voluptas dolosa.

Senec.

Idem.

Profecto gravior nullus error, quam in dolore non dolor, gaudium frui, vel sub icu penitentiae: quandoquidem furenter latantur corda, quippe vulnera blanda, ducentia errore in exultationem, ubi dolores acerbi dirigunt in penitendum. Fatui iacent, etiam dum placito nocent, qui exurgunt, quanvis vulnera cognoscant: igitur nocentem eligant formam, quam debeant corpore fugam.

2 Invadente Xerxe Graeciam, Tifamennus augurali scientia praeditus (ait Plutarch. in Aristid.) portendi victoriam praedixit, si scuto potius quam ense uterentur. Id est, subdit: Victoriam pollicebantur Vates: si se defendendo rem transigerent, turpem autem fugam, si primi certamen inirent. En luxuria acies sine ordine, ut vincat in-

Plutarch.

gau-

cautos blanda fraude: igitur cadent sicca victoria occasione appropinquantes, atque vincunt resistentes. Confidentia triumphi saepe festellit gloriosos, & fecit subditorum hostium turbidos: unde idem in *Flaminio* nervosè inquit: *Universas Gracia pugnas ad suam ipsius servitutem perfecisse, & unumquodque tropheum in sui perniciem & dedecus statuisse*. Ducere ambiebat gladio, quod debebat sub fucato: verum cum vasti inimici, insidiaeque in irruptione; sese praecipites dederunt in servitutem, conantes ensis virtute dominationem. Luxuria in hominem irruit, ut devincat, si contenderit. Victa fugit, ut victor sequatur: tuncque victor susperatur, dum persequitur; quippe cum nulla sit cautio, usque in praecordia vulneratur à tergo.

Röm. *Stultus ab obliquo qui cum discedere possit, pugnat in adversum.*

Causa necessaria. Patetque stulticia, dum prosequitur violentia; igitur si fugax Venus expouitur, incaute victor in persecutione sequitur. Debet homo illius artes emulari, ne corruat. Si fugit, fugere; si contendit, contendere; minime fugientem prosequi: equidem cum in fugam Venereis necessariis fuga; qui sequitur, cadet palma: invenitque acutum telum, qui arbitrabatur in perfectione triumphum. *Fugientis & terga vertemus*. Singularis phrasit! Sed eminentis virtutis, quam expressit Angelus, dum ignem Sodomæ fugiebat Lotus. *Noli respicere post tergum*, dixit. Fuge, at post tergum respicere noli. Fuge, sed terga verte; quippe minime fuga fugies, si quod fugeris, respexeris: equidem fat est vel fugà levis oculorum iactus, ut altè in mortem infigatur vulnus.

Ovid. *Quasi à facie colubri fuge peccata, & Eccl. 21. 2. (pro Quia) si accesseris ad illa, suscipiant te. Syr. & Tigurin. Adinstar colubri mordebunt te. Hinc Paulin. Natal. 10. S. Felic. vers. 243. ait: Ut faciem colubri Salomon peccata timeri Horrerique monet, dicens armata leonis Dentibus: & verè, quoniam velut ore ferino, Sava vorant animam, quam vicerit agra voluptas*

Paulin. *Corporis, emethaque sua draco duxerit esca. Fuge. Aptius erit debellare. Nullo modo. Securitas est in fuga, discrimen in resistentia. Quodnam enim ex pugna cum colubro emolumentum, dum etiam proculcatus evomit toxicum? Periculosum certamen, quando in victoria discrimen: siquidem cum ex tactu surgat virus, nocet tactus. Huiusmodi vitium est coluber in via, cerasites in semita, quem duntaxat destruit fuga: igitur*

Gen. 49. 17.

Quam praesens lascivia virus?

proterendus sane inferior, si cadit ascensor victor. Vide dicta *Tautol. 3. num. 47. Coluber in via, cerasites in semita*. Semita, seu via est, qua eundem. In lascivie dolum: equidem occurrat virulentia, vel dum videtur in virtutem via. Hæc est infelicitas lapsæ naturæ in vitæ tramite, ac fragilitatis status: unde clamat Paulus: *infelix ego homo: igitur sensibus inimicis, crebris pugnis, homini coluber lascivie occurrat, & in semita virtutis, velit nolit. De Cerasite dicit Solinus caps. 30. Reliqua corporis de industria arenis contegit, nec ullum indicium sui præbet, nisi ex ea parte, qua inovitatis necem aucupatur. Dolus, quia ita ocellum damnium, ut nullius nocementi sit indicium. Via, quia videtur iter in finem, ut anima consequatur perfectionem: lamentaturque homo in hoc miserimo statu; quippe vel via relinquenda, vel inter venenata fragilitas veritatur: etenim ita in necem dolum instruitur; ut, quousque damnium ex vulnere sustinetur, nullo modo cognoscatur. Si in via cerasites vel coluber, periculosum iter: igitur vel fugitivus, vel uterque proculcandus. Hic dolus maior, quippe ambulanti ocellus error. Videtur in triumphum posse calcare, tuncque magis decipitur stulta cogitatione: igitur sensim, quod fugere debebat, in venenam appropinquat. Tutior via in virtutem eligenda, quæ tantum patet in fuga: equidem infelicitate amittit confidentem virtutem, qui quæserit in necem occasionem.*

4 Dicit in præcipuo testimonio Siracides. *Si accesseris ad illa mordebunt te*. In salutem tantum fuga salutaris, fallax confidentia virtutis in illecebris. Si venerint, resistendum. Si steterint, nequaquam appropinquandum; quippe commodius, ubi venerint, repellere; quam repellendo fugare. Ut perdant, rapiant. A longè mordere nequeant: accedereque meditanter prohibetur, dum caro ut cerasites insidiatur; quoniam si in morsu damnium, & in fuga præservativum remedium, altè serpentis infigitur morsus, ni cogitetur in salutem recessus. Patet ex effectu virulentie vehementia lascivie. *Cerasites in semita, mordens unguis equi, ut cadat ascensor eius retrò*. Equus est caro, ascensor, qui regit, anima; carne capitur via. Unde cum cerasites immitat virus per equum in ascensorem; ita blanditiæ animam mordere intendunt per carnem. Obviam in via tentatio, urgetur homo. Si stat, videat ne cadat. Firmus erit, si resiliat: igitur profectò cadet, dum vincere intendit; ni occursum totis viribus fugerit. Ibi serpens iacet, iactus no-

Röm. 7. 24.

Ingenium civi.

Solin. Condito et vastæ.

Invenitur ruina, dum cogitatur victoria.

Valens martius, si nō cogitatur vici nū.

Infigitur la scroia morsus, ni sit recessus.

Ubi supr.

nocet: equidem cum iaceat, ut insidietur; qui processerit ultra, vulnerabitur. Confusus equo, prevaleret conatur in tentationem. *Fallax equus, blanda caro & fragilis ad salutem*: miserrimeque corruit, qui in equo non retrocedit; quippe vult tentationem proclucare, cum debeat fugere. Salus animæ dum fugitur: *in abundantia autem virtutis suæ non salvabitur*. Conculcatur leo, conculcatur draco; sed nescitur modus conculcationis, quando expugnantur confidentia virtutis: igitur tunc vel in exitium calcata, dum velox carpitur fuga. Ratio ad manum, ut prudens vitet venenum, & temerè non feratur, quò concidit. Malum ex morsu, morsus ex accessu. Minime illum perentiet, qui non accesserit: falliturque qui calcare cogitat, & spe in præcipitium sese agitat; quippe cum noceat tacta venena, & conficiant proculcantem ascensorem proculcata; invenit lethalem ex certamine morsum, qui fudit ad triumphum virtuti triumphum.

5 Perpenderis circumventionem deaurato dolo. *Ut cadat ascensor eius retrò*. Non fat, quod ascensor corruat, nisi quod & retrò cadat? Vulnus sane maius, si non cognoscitur vulnus. Qui vultu cadit, quo cadit, videt; & ne iterum cadat, cavet. Qui cadit retrò, non videt lapsum, & si cerasites infixit morsum: quare cum dolus versetur non tamen veneno, quam in dolo; ita supplantat lasciviam, ut ascensor cadat retrò, quandoquidem conamen totum illecebræ, ne cognoscatur, qui labitur, cecidisse. Cogitatio hominis in victoriam dirigitur, sed plerumque in cogitatione fallitur; quippe sufficit fragilitati certamen, ut lasciviam supplantet futilem cogitationem. Sine occasione, qua pugna sit, victoria voluptatis nulla spes. In fuga non est occasio: instruanturque insidie, ut qui pugnat, cadat retrò; ne cognoscatur morsus & lapsus, dum à labente cogitatur triumphus; siquidem frequenter tendit præceptum in ruinam, qui in occasione tendit propter victoriam. Qui cognoscit cecidisse, surgere fatagit: qui ignorat, erigi non concupiscit. Intenditque lasciviam lapsos cadere retrò; ut lateat veneno infectos tanti veneni cognitio: igitur de lapsis (quia non fugerunt) triumphus lascivie, ut iaceant sine cretione. *Voluptates usura morbi*: dicit Boissardus Emblem. 37. fucinitique: *Multorum est esta malorum. Sollicitus moror, cui solet esse comes. Illius usura morbi, dolor, languor, egestas, Et pudor, & nudo corpore pauperies. Cuncta procedunt à voluptate, sed maiora*

Plal. 32. 17.

Röm. 7. 24.

Ingenium civi.

Solin. Condito et vastæ.

Invenitur ruina, dum cogitatur victoria.

Valens martius, si nō cogitatur vici nū.

Ubi supr.

mala à mente, quæ non cognoscit illecebras, nec voluptatis insidias. Ubi mali nulla recordatio, nulla profus penitudo: insinuatque lasciviam lapsum grave & etiam retrò, ut fugiat resipiscencia; quia lasciviam spreta fuga: siquidem qui corruit, non tantum ignorat lapsum; sed ne cognoscatur, etiam dimittit post tergum.

6 Post tergum dimittenda lasciviam; ne oculis inferat mala: crescitque malum & ingeritur venenum; quia præ oculis in fraudem habetur cupidinis delectatio, & usuras virulentas semper respicit à tergo. In certamine carnis propugnandum, non impugnandum; quoniam secuta victoria in patientia, non in pugna. Nunquam potest esse virtus in fragilitate. Superantur vel videntes ab ipsa cogitatione. Quanta in pugna moliminis carnis circumscriptio, ubi noxia de victoria cogitatio! Ruitque prætextu calcationis, qui fudit ad triumphum virtuti fragilitatis; quoniam in ipsa pugna vel victor bibit venena.

Supponit seroille gemens, iniectione vincula Unguibus, & subita collo sonuere catene, Describit Plinius veneni efficaciam, & simul carnis furelem. Effusum in herba (ait lib. 24. Plin. cap. 17.) qui vestigio consigerint, aut forte respersi fuerint, insanabiles (Dalecamp. hic insanos) perire monstrifera prorsus natura veneni. Carpenda fuga est, ubi veneni monstrifera virtus, quæ vel tacta reddit insanabiles insanos. Cerasite malignitas caret effectu, si caret morsu; quippe minime vel appropinquantem insicit, ni prius momorderit. Callidior serpens lasciviam, & cum ampliore efficacia: equidem quod cerasites evomit morsu, luxuria perficit tactu. Non cogitat homo periculum, cogitans proclucare venenum. Hinc insanus dicitur, & insanus redditur: igitur mera insania, præscire ex calcatione præsentem necem, & spe vanà sese dare præcipitem. Insania, & veneni natura monstrifera; quippe cogit calcare, dum salus fugere. Insania, quoniam prius descendit ultrò in certamen, ni prius amiserit mentem: igitur tantum insanus qui sollicitate ruinam, ubi intendit in victoriam. Insania, quia scripsit virus, & ignorat altum vulnus, quod pedis motu contraxit, vel dum stetit: igitur cum cadat retrò, non cognoscit cecidisse vel ex ipso præcipitio: & irruendo rursum cadet; qui ante lapsum in ipso cogitatione corruit. Iccidit qui insani, insanabiles fiunt: sese vulneratos nesciunt, nec quaeritur medicina, ut projiciatur virus extra præcordia; imò in maiora procedunt fragiles, ignorantem proditorem Venereis,

Claud.

Plin.

Efficator morsus luxuriam, quam cerasitas.

Insanar, qui periculis expugnitur.

quo omnino evacuatum cerebrum, quasi possint esse inter ignes sine flamma, & illasi inter venena: igitur indicat insanabile cerebrum vanum, dum non cognoscitur in periculo periculum.

Ubi sup.

Basilisci co-
ditio.

Delr.
Scytali.

Homo dolo
lascivie sim-
plicit.

Gorgonis pro-
prietas.
Alex. Mynd.

Efficacia la-
scivie.

7 Scrutemur praeiactum Siracidis testi-
monium. *Quasi a facie colubri fuge peccata.*
A quo colubro? Palacius intelligit basilis-
cum: luxuriae profectio non absumile venen-
um: equidem videndo nocet, & vel levi
fiatu interficit. Delirius hic autumat Scytal-
en, *qua tanta refugit tergi varietate, ut
notarum distinctio, ac lumine videntes re-
tardet, & miraculo sui capiat stupentes.* Vi-
sione mulcetur animus, ac per lumina datur
vulneri locus, quippe introducitur specta-
tione lethale venenum, dum expectatur pul-
chritudinis miraculum. Ad speciem homo
stupet, quasi nihili quod viderit; quousque
cadat, & miser poenas curiositatis luat, in-
sanabilis factus, quia in fugam nec habet
motus: igitur malo cognoscit, quanti si fu-
geret, clauderet lumina, verteret terga;
quippe vel lethaliter ictus, sic haeret stupe-
factus. Vide *Tautolog. 13, a num. 2.* Facies
Medusae proferretur, ubi feminae venustas
spectatur, cuncta convertens in lapides;
quippe homines reddit vel ad ictus insensibi-
les. *Gorgona* (ait Athenens lib. 5, in fin. ex
Alex. Myndio lib. 2, *Histor.*) animal quod-
dam in Lybia ex pellis speciositate notatum,
usque adeo tetra & pernicioso habitu, ut
quisquis occurrerit, eum interimat. Tubam
a fronte in oculos demittit, qua vis ob gra-
vitatem quassata & dimota, quemcumque
intuetur, aspectu necat, vitaeque privat non
ambeluit, sed perlato nativo veneno oculorum
aciei. Typus clare lasciviae, & apte in huius-
modi belluae conditione: quandoquidem
praesens feminae contagio, qui ita exhaurit
tur uno oculorum aspectu. Levis conside-
ratur occurfus sine discrimine, impellente
rara specie, & nimia curiositate; sed nocet
occurfus, quia pravalet virus: ita efficax in
dammum videndis deliquio fragilitatis; ut
mortis inducat poenas, quae videbatur cu-
riositas: siquidem species videndis suffocet
animum, duntaxat elevatione oculorum.
Fallitur fulgore, quasi delectabili pulchritu-
dine, qua impellitur prava voluptas; quin
consideret fulgores esse maculas, quae
infectur animus, quandoque specie lactatur
oculus: multaturque vitae privatione curiosi-
tas, fugitque simul voluptas; quippe dum
quaerit lascivie volitantem pulchritudinis
speciem, impingit in cerastem, vel virulentum
draconem.

8 Ecclesiasticus signans periculum,

ostendit alexipharmacum. *Fuge*: ait. Si oc-
currit femina, capiatur fuga. Ni fugeris, ca-
pieriis: igitur quae feminae videtur species,
est coluber & cerastes. Non peccabis, si fu-
geris. Ni fugeris, videbis; & tunc corruis:
siquidem si visa introducit mortem, in aspec-
tu adest discrimen. Quid specie pulchritu-
dinis, si traheris etiam maculis serpentis? Cla-
ret fragilitas, ne inducatur in molestias: igitur
perperam effugiet speciem, cui placent
fulgentes maculae colubri.

I procul, & longas carpere perge vias.
Coluber est larva feminae: est venenum del-
lectabile, mors dulcis, voluptas gravis. Er-
go fugias: quippe modo decreveris, quod
transcas; occurfus Sirenum non transibis:
igitur vel spiris attraheris, vel cantu illusus
multaberis, vel splendore non videbis; quin
possis evadere mortem, ductam ob levem
futilem curiositatem: quandoquidem mini-
me quibus liberari ab ictu, qui funditus stu-
pidè caret sensu.

9 *Quasi a facie colubri fuge.* Non cadit
resiliendo animus: fugere tali in articulo
praecleara virtus: etenim prudenter sibi con-
sultit, qui, quo praeceps iturus, fugit pericu-
lum. Ideo addit: *Si accesseris.* Accedes sane, ni
fugeris: igitur profectio quaerit, qui periculum
non fugit. Fugias, ne accedas, & accedendo
ne corruas: siquidem nocivior serpentis ta-
ctus, dum nocet etiam aspectus. Quisquis
serpenti accesserit, proculdubio peribit: &
accessus signatur, si fuga omittitur; quippe
corruet sensim lapsus in crimen, qui labrice
carnis non fugerit occasionem. *A facie co-
lubri.* Vellicet pectus periculi cautio. *A fa-
cie colubri.* A facie tantum & non a colubro?
Utique. At qui serpentem fugerit, faciem
ne viderit: igitur quae videtur pulchra facies,
morsu lethifero demonstrabitur serpens.
Mens immota non manet, si oculus in oc-
casionem subsistit; equidem impellitur in ac-
cessum, quin cogit proximatione pericu-
lum: verum decipitur, dum salute lactatur,
quippe in malum detinetur, nesciens faciem
colubri, qui fatuus indicat feminae: igitur
cum visum sequatur accessus, accessum ta-
ctus, ac tactum morsus; Siracides signans
periculum, iungit morsum & accessum: si-
quidem impossibile, quod homo serpenti
accedat, quin serpens mordeat. *Fuge: si
accesseris, suscipiente, mordebunt.* En articu-
lus triumphantium & victorum. Non est vir-
tus, ubi fragilitas: non est constantia, ubi
carnis voluptas. Qui virtuti confidit, acce-
dit: qui virtuti consultit, illico fugit. Fugere
sanum, accedere periculosum: intendentes
Siracides in victoriam, duntaxat designat
fu-

Quare fuga
necessaria.

Ovid.

Serpens lar-
va feminae.

Ubi sup.

Occasio peris-
culum.

Condito ha-
silisci.

Insani volu-
ntarii mis-
eratione indi-
gni.

Sil. Ital.

fugam; quoniam illecebris Veneris lamen-tabiliter corruet, qui inter venena positus faciem non fugerit. De basilisco, ut oblectat Bustamante de *Reptilib. Sacr. Script.* lib. 3, cap. 16. dicitur, quod moriatur, si prius viderit homo: aliter homo conficitur a basilisco. Sane factum, sed in noitrum documentum. Viso in homine signat intelligentiam & cautionem: equidem in huiusmodi occurfu homo non cadet, si prius periculum viderit. Fuga castitatis munimine salus. Oculus basilisci contagiosus; corruitque homo, si prius conspectus a basilisco; quippequam in articulo, quo caret motu, nequit fugere virus, igitur ante fugam iam est infectus. Si basiliscum videris, fuge statim, ne videaris: siquidem tantam habet in oculis virulentiam; quod nec locus sit ad fugam. Si non intelligeret discrimen occurfus, non ita noceret oculus; quia Veneris virulentia semper cordi voluntaria, nec pervenit velox in animum, nisi per datam consensum: verum si periculum intelligit, & non fugerit; prius illum basiliscus videbit, & non poterit fugere, quam voluit, necem; quoniam ut caderet morsu, sibi extruxit occasionem.

10 *Quis miserabitur incantatori a ser-
pente percusso?* Quis? dicit idem: *Et omni-
bus, qui appropriant bestiis.* Nonne dignus
miseriordia, qui percussus a bestia? Care-
retne vulnere, qui demorsus a serpente?
Quare igitur nulla habenda miseratione, ubi
aliquis percussus a colubro? Non dicit ab-
solutè de percusso a serpente, sed de incan-
tatore. Qui percussus a serpente, commo-
vet viscera, quoniam ab inimico virulento
facta plaga, quin quaereret malum. Incanta-
tor propria virtute fultus quaerit venenum,
parvipendens vitae discrimina prompta, et si
cognoscat imminere discrimina: nullusque
miseretur, quantumvis incantator lethaliter
percutiatur; quoniam nulla prorsum dignus
miseratione, qui spontè obviat discrimini
vitae. Fiducia vanae virtutis vult vivere inter
serpentes, quasi frigidus in praeis rumpere-
tur vocibus anguis; quo delirio, seu potius
demonis dolo, Ethnici saepe decepti. Vide
Virgil. *Eleg. 8, vers. 71.* Senecam in *Me-
dea*, a vers. 60. Ovid. 2. *Amor. Eleg. 1.*
Unde Silius Italic. lib. 3. de *Bell. Punic.*
vers. 137.

*Ad quorum cantus serpens obliata veneni
Ad quorum cantus mites iacere ceraste.*
— *Serpentes diro exarmare veneno*
— *Tractaque graves sopite chelydros.*
Incantator rumpitur, ubi rumpere virulenta
conatur: iacetque miserationis indignus, do-

lens a serpentibus lethaliter morsus; quo-
niam iure procul a miseratione, si dolores
voluntarii: igitur audacter insani in virulen-
tiam accedunt, quam alij mortem timentes
prudentissimè fugiunt. Serpentes raro ado-
riantur nisi accedentes: turo sibi videntur ac-
cedere incantatores; verum cadunt sub mor-
su, ut discatur ex periculo cautio, luentibus
poenas temeritatis, indignis miserationis: si
quidem dum serpentes in caveis sopito ve-
neno dormiunt, in morsum accedentium ex-
citantur.

11 Quod patet in virulentia serpen-
tium, videtur etiam in prava, crudeli agi-
tatione belluarum. Quis miserabitur descen-
dentibus in pugnam? Tuti starent, ac vive-
rent, ni descenderent: miserationemque ex-
pellunt e visceribus hominum, quaerentes
mortis periculum; quippe miseratione nulla,
ubi vel vulnera grata. Si sui pugnantem non
habent, nec vulnere dolent in spectaculum;
quamnam spectatores habebunt? Minime
commoventur vulneribus viscera; quandoque
ex ipsis a belluis agitatis complacentia: di-
gnumque arbitrantur supplicium, in praecipit-
tem, temerarium conatum; quoniam ne-
quaquam cavent, nec de vulneribus dolent,
quousque laniati in interitum iacent. In bes-
tia furere percita, laet mors, cuius non lae-
ter conatus, etiam dum videtur ludus; iure
remota miseratione ex inflicto aciore vul-
nere: quandoquidem saepe sapius in vita pu-
gnantis ruina, ludere ac illudere bestiam.
Liquet. Ex victoria gloria nulla, sed ex casu
ruina magna: claudunturque viscera misera-
tionis, quando quis voluntarie pugnat cum
bestijs, quippequam viventis ostendit mor-
tem, dum pugna incendit obtentare virtu-
tem. Hinc periculum innuens Siracides, me-
ditato dicit: *Omnibus, qui appropriant bestiis.*
Nequaquam his quos laniat; sed eis duntaxat
qui appropriant: igitur ni illi, quasi dis-
crimen elufuri, hident accederent; in ea-
rum cornibus, vel unguibus non perirent.
Minime belluae longè stantibus damnum in-
ferunt, estò vulneribus agitatae, telisque usque
in viscera transmissa. Obvijs est inermibus
nocent, modo appropinquent; ut carpatur
fuga, quae discrimini tutela: quandoquidem
claret temeraria insania, expellens misera-
tionem, adoriri bestiam, imò valide furen-
tem. Unde cum fragilitas miserationem vul-
neratorum excitet, ac temeritas calcato
consilio amandet; nec umbra videtur misera-
tionis de his qui appropriant ultro bestijs,
quas percutiant, quoniam discrimini appro-
pian; equidem si dignus miseratione ac pie-
tate, qui casu ictus fragilitate corruit; indi-

Perit; qui
periculum
ambit.

Pugna non
virtutis, sed
temeritatis.

DISDACALIA III.

In fugam Veneris consideranda fuga.

gnus sane, qui voluntarie c. cidit: igitur vul- nerum remuneratio digna temeritatis pro ostentatione fragillissimæ virtutis.

12 Tam in bestijs ferocibus, quam vi- rulentis reptilibus, obijciuntur pericula Ven- eris, atque vulnera lethalia humane fragi- litatis : quæ eliduntur præcipiti fugâ, non occurfu; ex quo contentio : igitur corruct infelix in animæ mortem, quisquis sibi cre- dens inducitur in certamen. Sat erit impel- lenti concupiscentiæ, occasiones advenien- tes impugnare, captâ per gratiam virtute ex resistentia, ubi impossibilis fuga. Provo- care amentia est: quippe quò magis certami- ni accedit, adversarius vires fumit: decertan- que paulatim, valens fugâ propriam oppri- mit virtutem; quomodo quæsit improvidè certaminis occasionem. Tuta erat palma, cum esset fugiens in tuto: vulneribusque in- flictiis nulla datur miseratio; quippe quæ- rentes periculum, dolores, vulnere præmi- um: igitur victoria cui certaminis com- placuit, bestia vel serpens occurrit, & sine excusatione superbi abrupti consilij vanæ virtutis ex ambitione labilis occasionis: quandoquidem præcognoverat in certamen vel belluam trucem, vel venenatum serpen- tem. Incantatio serpentium (de qua Tom. 7. Tautolog. 2. à n. 36.) dicitur, ubi illorum sus- penditur motus, & admittit sensus. Secus ac- cidit, dum occurrit serpens femina, & pro- victoria falsa virtutis fovetur audacia: equi- dem Venus meditatur trophæum, modò vel vafre consequatur occursum. Quo maior virtus, desperanda salus: igitur cum frau- dulenter cedat, ut fascinatione inficiat (quæ omninò evanesceit, si incantandus fugerit) mittens per oculos tela, ut lumine cadat ani- ma; dum occurfus in pugnam cogitatur, Venus audace potitur: quandoquidem cum sopiat certantis sensum, qui occurrit, in fu- gam non habet motum. Fugite fornicatio- nem: dicit Paulus. In hoc vitio fuga neces- saria, minimè pugna. In fornicationem de- signavit vitium: in fuga & celeri, alexiphar- macum; quippe cader infeliciter victoriâ, ni laurea insignis præmuniatur fugâ. Fugite, & salvabimini: gitor verus triumphus, ubi ani- mæ salus, quo valens virtute cavet fragilita- tem, & removet certaminis occasionem: quandoquidem amittit sensum, cogitans triumphum, qui ut extinguat conceptum peccatoris ignem, addit incautè totum potentiarum fomitem. Dicit Claudian. de 4. Con- sul. Honor. v. 264.

Qui querit, cadit.

Quid sit in- cantatio ser- pentium?

z. Cor. 6. 18

Ubi ignis, re- movendus fo- mes.

Claudian.

Tunc vivere castè, Asperius, cum prompta Venus,

Præcedenti Didascalâ disse- ruimus de occasione fugienda: in præsentem verò agemus de occasione fugæ: quippe sæpè periculosior fuga sine occasio- ne. Temporibus medicina valer: frequenter- que, quæ medicina, nocet; quia in detetius præsentiora medicamina, ni opportunè in sublevamen adhibita: igitur plaga, qua pe- ctus vehementer ardet, importuno medica- mine intumescit.

Nec satis esse pntes discedere: lentus abesto. Dum perdat vires, sitque sine igne cinis. Ait vel Ethnicus 1. de Remed. v. 247. Paulatim enim recedendum est, sicut occurrente serpente; quo in articulo gressus resiliendo cauti, ne ex præcipiti inconsideratâ fugâ animus corruat in fortiora retia. Suggestio- num argumenta (infit Gregor. Magn. lib. 32. Moral. cap. 17.) implicatis inventionibus il- ligantur; ut perversique ita peccare faciant, quatenus si fortasse peccatum fugere appet- unt, hoc sine alio peccati lequo non evadant: & culpam faciant, dum vivunt, ac nequa- quam se ab una valeant solvere, nisi in alia consentiant ligari. Vulnus in Hydra multi- plicia redundabat in capita, fiebatque vali- dior inimicus ex pugna, victore cadente; quippe gladius adhibitus importunè. In vul- nus Hercules tendebat, verum idibus erra- bat: quandoquidem facilis inerat triumphus, si removeretur gladius.

2 Fugiemus, & terga verrtemus: phra- sis eâ præsentis Tautologie. Quis ergo terga non vertit, si fugit? Qui in tentatione vel fugiendo manet: equidem (cum tentationis fuga non stet in corporis motu, sed in ani- mo) minimè recedit à tentatione, qui ibi subsistit conamine; quoniam magis intendit ligari, dum anxie conatur solvi. Duntaxat dicenda fuga, qua vertuntur terga. Qui fugit, potest fugere corpore; verum ibi, unde fugit, cogitatione manere. Qui terga fugiens ver- tit, verè tentationem fugit, quia secum alle- tricem importat cogitationem: & non solùm in fugam Veneris exponitur fuga, sed etiam vertere terga; quoniam dolosè à ten- tatione subtrahitur, qui in ipsa fuga à cogi- tatione detinetur. Blanda species allicit va- luptatis, sed mentem in fugam veritæ fuga cogitata doloris. Attrahit sanè fœmينا spe- cie,

Medicina si oportu- na.

Orid.

Greg. Mag.

Aliter volu- mus in by- dram.

Iosue.

Quenam fu- ga tentatio- nis sine fu- ga?

Erasm.

Maior ex fu- ga occasio, si fugitur in- tre.

Lucan.

esse; mulciminis dolo: magis tamen fu- gienti cogitatio. Hæc validior, quia fu- gienti propior, ex cuius compedibus etiam currentis intersecatur motus. Hic fugit, ex- terum terga non vertit; quippe ostendit in signum amoris faciem, dum in pecie, quam fugit, relinquit cogitationem. Vincula undi- que, & omninò vitanda pro cogitata vi- ctoria: fugientique congruit etiam vertere terga; igitur parvi momenti, quòd fœmi- nam deviet, si se in fugæ cogitatione non fugerit. Anceps planè triumphus, quo dun- taxat fugit corpus. In fuga etiam avertenda facies, quæ tantum pendet à præsentia cordis: fugæque iungitur vertere terga; quoniam tunc in fuga clara victoria, ubi nihil cogitatur, nisi fuga. Ergo proposito. Etiam in fuga insidia cupiditatis, ornata illecebris, ut magis, qui fugiunt, subdole circumscriban- tur, irruentes in præcipitia, dum avertere conantur obstacula: unde cum aliquando sit damnum, quod primo oculorum iactu vi- detur emolumentum; considerandum etiam in ipsa fuga, quomodo vertantur terga: igitur declivius incautè corruit in rete, qui sibi videtur fugere.

3 Demofthenem adolescentem aliquan- do Diogenes Cynicus in diversorio depre- hendit, & cum ille, conspecto Diogene, in- troitum sese subduceret: Tanto magis (in- quit) in diversorio futurus es. Vide Laërt. & Erasmi, in Diogen. Gyn. Apophthegm. 33. Perproprie. Quo magis recedebat, intimius in probro stabat. Difficilior exitus, si recessus intorsus. Non egredietur rationis liber- tas, si non egredietur foras: siquidem in fu- ga maior occasio, dum fugit intrò. En thea- trum Veneris, structis subdole insidijs in cap- tivitatem cordium, portet ut valida etiam in despectis triumphum: equidem delicias prolubia formant, ne fugientes recedant, vel ne fugiant. Non fat fuga in periculo, ni fugientis etiam fugat cogitatio; igitur cum huiusmodi recessus sit intorsus; magis ac magis ingrediuntur in abdita labyrinthi, dum sibi videntur egredi. Fugebat Aulus Pompeianus Scævam Cæsaris militem, etiam vulneribus palpitantem. Vicerat fugâ, qua penetrantia tela; sed Scæva vel victus cir- cumventionem intraxit, quoniam qui fugit, nullo modo terga vertit. Sic enim apud Lu- canum 6. Pharsal. à v. 233. allocutus: Tollite & in Magni viventem ponite castris. Credidit infelix simulatis vocibus Aulus: Nec vidit retrò gladium mucrone tenentem, Membraque captivi pariter laturus & arma, Fulmineum medijs exceptit faucibus ensim. Solvat, ait, pœnas, Scævam quicumque sub- actum

Tollite & in Magni viventem ponite castris. Credidit infelix simulatis vocibus Aulus: Nec vidit retrò gladium mucrone tenentem, Membraque captivi pariter laturus & arma, Fulmineum medijs exceptit faucibus ensim. Solvat, ait, pœnas, Scævam quicumque sub-

Speravit: pacem gladio si querit ab isto. Non aliter qui se non superavit, & Venerem fugit, tractus à cogitatione propriâ, etiam meditata fuga: siquidem inconsultò præ- ceptis corruit in gladium, accessu concipiens triumphum. In discrimine invenitur valla- tus undique, fugam præcogitante cupiditas, & simul instruente, ne inclusus fugiat, imò vel in fuga cadat. Disponit & interpo- nit virgulas visco delectationis litas ac ple- nas, ut volucres cogitationes urgentiâ cupi- ditatis alliciantur illecebris; idemque sit collocare in terra pedem, ac mittere liber- tatem: igitur si fuga effugium, impossibilis prorsum, dum obijciunt periculum; quoniam expansis in recessum alis, magis illitis irru- tiuntur festucis. Cuncta ergo sit cogitatio, ne voluptuosa repat cupidinis circumventio: equidem cum viscus lenocinij in festucis non videatur, quia fraudulentè occultat; cla- ret in mortem animæ ianua, quæ videbatur vigilantæ festuca. Minima consideranda uti magna insidijs Veneris, cuius virtus in insi- dijs. Fuga meditanda ante occasionem, ve- rum in occasione præcavenda ob discrimen, ne viscus adhæreat pennis, iam pedis obex. Non cogitandus in libertatem recessus, quo- tique totus removeatur viscus. Nequaquam carpenda fuga, ni sint excussa in effugium omnimodò impedimenta: igitur si fuga sic ex abrupto, ex periculo conspecto (cum viscata nequeat evolare cogitatio) qui me- ditatur elapsum, magis ac magis devolvitur in periculum.

4 In Lazaro languente, mortuo ac sep- ulto describitur læticia articularis, illece- brarum progressus, imò, quòd lamentabile, triumphus. Vide Augustin. serm. 44. de Verb. Dom. secund. Ioann. & Bernard. de Assumption. Virgin. serm. 4. Languit Laza- rus, mortuus est, & etiam sepultus, quo loco iacebat foetidus, pedes & manus liga- tus. Denique ut clarescent magis mortis si- gna, facies illius sudario erat ligata. Domi- nus Lazarum vocavit, ac sine mora respon- dit; ne desperet de vita gratia peccator, et- si sepeliverit error: igitur accipiet pignus in vitam desperabilis salutis, qui responderit actutum voci lupernè vocantis. Lazare (di- xit Christus) veni foras, Quorsum igitur fo- ras, si revocabat in auras? Quò iturus, ni foras egressus? Intorsus.

Tuque ipse foras te prome sepulchro. Nec mora: connexis manibus, pedibusque repentè

Procedit tumulo: vultum cui linea texta Et totum gracilis connectit fascia corpus. Ita Iuvenius lib. 4. Evang. histor. à v. 396.

Vel minima consideranda uti mag- na.

Ioann. 11. 14.

Verf. 43.

Iuven.